inclinauit, adeo abiecto est animo, ut remori,
vel qm deprect, neq insequent; resistat,
sed se pro libitu ad occidendum proponat;
imò conati quiddam fuere imp. hanc gentem
sua imperitia corrigere, conductis extremis
militibus Suis, et magistris, unde plerumq
aliquot millia Germanorum seu Sotorum
in Russia publico stipendio alunt, sed parum
habent apud homines istos rudissimos fuit
profectum, quia exteris omnes, p se con-
sentiant, neq ipsi obedire uolunt.

Canon VII.

Inuentum nepina aequit sub Rari.
Pio, et Joanne Basiliade, idq Ho. L. 500.
Basilius. j. se appellauit Czar (Czarus, cum
dactens magni dices uerentur
intelleperunt enim Rusi, quod supremus
Christianorum Princeps appellaretur Czar, quia,
re se ipsi eent inferiores, et ipsi titulu Czaris

assumpserunt,

Russi iborū Primi:
quem etiā Imp:
alorē nūcupant.

assumpserunt, ac se vocari iusserunt Erar,
quod eandem significationē apud eos habet,
quod apud nos Cæsar. Joannes Basilicus regē
na tartaria (Sion, et Astracan subegit, ac limi-
tes Imperij Russici usq; in Africā, et mediam
propagavit. Post Joannē Basilicū Rus-
si expeditionē susceperunt versus septentrionē
et orientē, ac Colonia deduxerunt usq; ad Oceanum
glaciale, ac innumeros populos ad religionē Chri-
stianā deduxerunt, n̄ bello, sed legationibq; dum
illis ostenderent bona, et comoda q̄ ex eorū
versatione Rustorū possent sequi, ita Samo-
geta, Cyptheri, Condore, Curianore, Lu-
geti, et quōm plurimi alij populi sponte se
subiecerunt Imperatori Rustorū, et ab eo
in fide Christiana pro captu gentis utiq;
facient instituti. Ita hodie imperium
versus septentrionē, et orientē n̄ habet
certos limites, sed magis magisq; coloni-
et comēcijs dilatatur.

Canon VIII.

Hofes Rufforum Hofes Imperij Ruffici sunt tartari
Poloni, Russi, ac Turci, nulli inferiori
Hofes habent, quoniam tartari, q ex Siberi-
is Asiaticis armeniaris expeditione
in Muscoviam suscipiunt, ac inter flumina
ni tota Regione celeritate suorum equorum
obveniunt. hi tartari An. 1230. totam
Russiam occuparunt, et sibi tributariam
reddiderunt, ita qm et per 300. annos tar-
tari Muscoviti, ^{duces} pro libitu darent, et
~~admirarentur~~ donec tandem circa annu. 1500.
Basilius tom Tartarorum, quoniam servitute
exivit, ab eo tempore Russi qm exempti
fuerunt, subiectioni Tartarorum sed
tamen pacem annuis donationibus re-
tinere coguntur, nisi contra Imperium
sua hostilitate exponere volint, quemadmodum

omnino vltij Mos. An. 1540: centum millia Tartarorum
conuic.

repente opprefere urbem Moscoviam, et totam
 in cineres redigerunt, ac incredibili
 hominum multitudine in captivitate ab,
 strata opibus gravem sunt reversi.
 Multoties quidem conati fuerunt Russi hoc regnum
 sub tartarum procerum sestruere, sed
 invito successu; quandoquidem causa tartarorum
 causa in se suscipit, ac ipse solitudine nul-
 lum ad bellum, aut vitiorum locum reliquerunt.
 Tartari coniventi sunt turcis, sed quia ra-
 ra bella contra Moscovitas gerere possunt
 nisi ope, ac interventu tartarorum, sed cum
 ante 40. annos turca fluvium tanaim
 vellet derivare in vulgum, atque copias suas
 per mare caspium in persiam trahere, acce-
 rimus se huic consilio opposuere Russi, et tar-
 tari, ipsi cum consensu et omnes copias
 rursus interfectione deleverunt. Inter
 Polovos, et Russos ab aliquot saeculis con-

Russorum Hostis
Suecas est.

siqua fuere bella, propter contiguos, et
ambiguos limites Poloni, prevalent cer-
tamine Compestri, Rusi obsidione, et de-
fensione urbium omnium inter Polonos et
Rusos bellorum, ^{prelimin} ~~prelimin~~ est Ducatus Smolensko,
Lenisko, et Smolensko, que Rusi asserunt ee
sua, et Poloni armis repetunt, idcirco hodie
inter duos illos nationes acri bello certatur,
prosertim postquam Spalki cum tota Russia
nigra, que vocant Venina, ad Muscos
secesserunt, versus Septentrionem non habet
alios hostes Russia, nisi Suecos; prociqua
controversia est Liunia, qua Juanes Boh-
liades Magnus Dux Mosconie occupasset,
aliquae civitates, velut Nephalin, Renalia
se se subiectioni Suecorum subiecerunt, qui
 tandem successu armorum, et Rusos, et po-
lonos Liunia expulerunt, cum sua coro-
na tanquam provinciali hereditaria adiun-
xerunt, atque hoc hodierni inter Suecos, et Rusos
causa belli est, utriusque pro Liunia possessione certatur.

Canon IX.

Castris Imperij Russici sunt versus
 Aulandiam, et Suecia. Emporium S. Michaelis,
 et Archangeli, et Novogardia nigra versus
 Polonia, Plesaw, et Smoleasko, versus
 Tartaria, Casan, et Astracan, Emporium
 S. Michaelis Archangeli, inter proximam mun-
 denta Imperij Russici in Septentrione caesit,
 propterea quod omnia Russica mercimonia
 per Oceanum Septentrionalem supra Lapponi-
 am, et Frimarqiam in illud et ~~importari~~^{importari}
 et exportari possunt, praetermissis mari Baltico.
 Primi Repetores huius navigationis fuerunt Angli,
 qui circumnavigata tota Norwegia, et Lap-
 ponia peremerunt ad urbem S. Michaelis Arch-
 angeli, et S. Nicolai, ac primus ostenderunt
 Europaeis cum Russis posse commercia exerceri
 per plagas illas Septentrionales, quae hactenus
 credebantur esse innavigabiles. Quasi fuit

bellum inter Danos & Suecos, et inter Suecos, & Russos, quod in mari Baltico tunc temporis gerebatur, cum enim alteri prohiberentur libera commercia exercere in mari Baltico sub pretextu, quod res ad bellum spectantes hostibus precipue Russis suppeditarent; Navigatio ab Anglis mercatoribus usque Septentrione instituta, qua ab eo tempore floridissima fuit, profertim quia magnus Imperator Moscovico privilegia indulgit omnibus mercatoribus, qui ad oppidum S. Michaelis Archangeli navigarent, non solum spargitur Suecos de illis ^{occupando} ~~agitando~~ consilia agitare, cuius exitus Deus ostendet. Inter medietatem usque Suevicam urbes principum locum obtinet Novogardia magna, quae olim totius Russiae caput erat, ac tanta potentia, ut proverbia dicerent: Quis potest contra Deum, et magnam urbem Novogardiam, sed hoc iustitia deprosa fuit à Suecis Anno 1609: cum

Oppressio urbis
Novogardiae.

cum Suedi sub auspicio Cordi de Lange
 600000. Russorum ex Urbe Novogard
 expulsi, ac ipsa urbs in potestate
 suam redigerunt, urbs Smolensko est ma-
 ctum discordia inter Polonos, et Russos,
 quippe sibi alternatim mutuo eam urbe
 eripiunt, nam circa annus 1500. quidam
 Polonus nomine Michael Gilewski ad Moscos
 sefecit, ac ipsi urbe Smolensko tradidit,
 qua postea auctissimo bello Poloni recupera-
 rarunt: sed iterum in Russorum potestate
 redacta fuit, donec tandem G. S. C. circa
 tota Russia est factionibus civilibus distracta,
 Poloni urbe Smolensko recuperarunt Anno
 1634. Moscovita eadem urbe semper oc-
 cuparunt, sed tanta cum perfidia furibus
 cum, ut totis operibus in potestate Polono-
 rum seuerent, ney magna turpitudine
 cubuerunt Russi. Dux eorum Generalis qui
 Jam Hermannus Skletin erat, qui sua

multitudine tanta una cladi occasione dedit, ut
propterea pertinacibus odij à Russis ad supplicium
postulatus fuerit. Quorsum Patruarcha, et
ipse Imperator eum coarctant eripere, ita
capite fuit punitus, et filij eius ad mortem
sententia flagellatus est, sed in fatali iura
nusquam Polonia confusione Russi Smolensko
denuo obsiderunt, ac non ita modo, verum
tota Russia nigra, et magna parte Lithe-
ania occupant, atque nunc inter arripite
casus bellum inter Polonos continuatur.

CANON. X.

Russia gravissime fuit perturbata à pseudo-
Demetrijs longa est historia, longa ambiguitas,
fama. Huc redit quidam impostor
à Jesuitis Polonij, instructus, et subordi-
natus, fingebat se esse Demetrius Raspledis
filius, qui in infantia fuit occisus, tanto
artificio, fuit hoc fabula peracta, ut hic
salvus venisset. Anno à 607. Imperator

Rufforum fuerit coronatus, adiutus eorumque
 honorum, et palatini, seu Comitiensis in
 uxore duxta filia, sed cum hi denique
 in Rufforum moribus et Religione se ali-
 quod ostenderet, Ruffi fraude deprohensa
 impetum in aula facto ipsum obtinuerunt
 sed non alius Pseudodemetrius emerfit, et
 toties cuiusdem demetrius, quoties is à mor-
 tuis resurgerebat, ita Ruffi capite destituti
 facti fuere proda Polonorum, Tartarorum,
 Suecorum. nam Poloni urbes Mofcow, et
 infinitas diuitias, et inestimabiles the-
 sauros prisonum suorum in proda suam
 conuertebant, ita quidem, ut pro nimia
 copia margaritarum inmensi pretij loco plum-
 beorum globorum ex filopetis suis explode-
 rent. Ruffi inter se discordes alij cre-
 arunt magnam ducem Suadislauum Poloniae
 alij Carolum Sueciae principem, sed hoc omnia
 augebant mala Ruffia, donec tandem quidam
 ex infima plebe homo Eucharion Rippenaw

laruo opificio habitare in Septentrionalis
Provincia, quorundam tamen, progressu in
medium dipit, perire Russia, creandis
de ducem ex Russia nobilitate, et regnum
fidei quottori ee comittendum, huius ductu
Russi omnes externos se reuerent expellere
et indigenas principes eligere. Zacharia factus
Dux exgreitq, et quottor Polonos Mosio,
uia eiecit, ac magnus ducem elegit Michael
Phebronicius, qui breui tempore Russia re-
stituit, ac cum Suecis, et Polonis pacem ini-
uit, cuius filius Alexius Michael Imperio
Russico hodie potitur.

CANON XI.

Frustra aliquando mercatorum per Mosioniam
et Persiam terrestri itinere comercia in Indiam
orientalem exonerare conati sunt. Consiliis hoc
id a 260. annis fuit agitatum, ut comercia
euonantur, et aliarum mercium India orientali
Lusitanis eriperent, qui in longa, et periculosa

Africa circumnavigatione soli illa diuisio
 comparant, quare ciuitates maris Baltici
 existimabant breuiori compendio per Moscou
 et Persia, posse exerceri illa conuerua per
 flumen Volgora. et mare Caspiu, unde fa-
 cile melle, possent deportari fluminis Bur-
 caingis, vel fluminis Juna ad oppidum S.
 Mich. Archangeli. hoc conatus circa an-
 num 1636. Holzatis sup negotia
 legatione in Russia, et Persia missa de-
 nuo suscepit. Per uirito sumptu, quia alia
 rationes impedire id conabantur.

CAPUT. V.

De

REGNO Hispaniae.

Canon. I.

Potentia Hispanorum fundavit per Fer-
 dinandq Catholicus; primo per coniunctio-
 nes Aragonia, Castilia, Sicilia, et Na-

uaro; 2. Selectione, et occupatione uo-
ui orbis. 3. coniugio filia sua Joanne,
cum Philippo Archiduce Austria, atq; ita
obscuro hactenus regno, spem, et finem
quinta alicuiq; monarchia concepit. vi.
solum Ferdinando tributis fuit Catholicus,
hanc obscuro nomine Hispanos sua potentia
orbem terrarum consecuturos.

CANON EDVS.

Summum Inuentum Hispania accepit sub
Philippo 2do, per ^{accessione} Portugallia,
ita tota Hispania in unig Regis potestatem
deuenit, ac totum terrarum orbem complexa
fuit; unde ita magnificus de Hispanorum im-
perii dominij Elogia; solum in Hispania
Regis territorio semper oriri, et occidere, et
quod alia quod plurima apud oratores, et
Poetas, multa ueritate, aut adulatione
conficta auixerunt, quandoq; quod antiqui
poeta de Augusto, et alijs fuisse Imperatoribus.

id in Hispanis superius solum impletum
fuit, sed ista Hispania 4. orbis terrarum
partes prosequat Europa, Asia, Africa,
America complexa fuit, ac plus terrarum
hominibus occupavit, quod omnes antiquae
monarchiae, si vel in unum conjungerentur.

CANON III.

Huius illustrius Regni membra con-
tingunt duobus classibus; unius effectus in hoc
ingenti regno Hispania à politicis deprehens-
sus fuit, quod membra ipsius per totum terra-
rum orbem dispersa, haud recte ad mutual-
defensionem, vel auxilia coniungerentur, sed
huic vitio remedium hoc reperitur, ut duobus
classibus, veluti nexis omnes partes huiusmodi
disperse coniungerentur. aliter igitur Rex duas
classis perpetuas, una in Oceano, quae In-
dici Orientales, et occidentales complebitur.
altera in mari mediterraneo, quae Galliam
Hispaniam coniungit, tertiam aliquoties

uoluit addere, q̄ provincias Belgicas Oceanū
Germania, ac mare Balticū completeret, sed
irrito semper fuisse, quotiescūq̄ enim
Hispania clausa in mare Septentrionale
destinata fuit, semper est contrahata, et pessum
data, quod docent clausa Hispania. An. 1588.
fanta fuit, ut ab omnib; naviū peritis in
uincibili uocata fuerit, quippe quod plus quā
30000. militū suis alucis comprehendebat,
qui sese in numero militū coniungere debebat.
Dux Parmae Belgij gubernator, sed omni ille
apparatq̄ paucis dieb; à Belgis, et Anglis fuit
dissipatq̄, ut uix parua nauis fracta, et la-
cerata remeānt, rex minor apparatq̄ fuit
Anno: 1640: cūm Hispania clausa de novo
fretū Angliū ingreſsa paucis dieb; uirtu-
te Martini trumpii Architalapi aperto pro-
lio fuit deleta, ita ut mare Germanicū
Hispanorū fortuna semper fuerit inferat.

CANON. IV.

Regnū Hispania debilitatū fuit defectio,
ac Belgarū, et Portugalarū, uel potentia

1640 inter flandriā
et angliā miserabile
clode oppresso, naclausi,
anno 1588.

humana resistere potuissent Hispanis multitudi-
 ni, quo minus totus tenarum orbis suo imperio con-
 pleretur, si Belgicas provincias ea mansuetudi-
 ne regere potuissent, ne se eorum imperio subdu-
 cerent, quod enim vis resistere potuissent, si Belgica
 classis pro Hispanis in septentrione pugnavisset?
 Sed Deus pertosy superbia Hispanis Philippi,
 pro eorum turpiter errare, ac contra omnes
 regulas politicorum pervenire passus fuit, ut ex-
 istinaret, Belgarum libertatem edictis et supplicis
 eius posse infringi tam infelici successu, ut
 cum Belgae viderent Hispanos absoluta
 dominatione velle introducere, ipsi exiguis
 viribus, sed animo pro libertate in morte
 confirmato sese opposuere, ac bello 80. an-
 norum tandem confessione sui erroris Hispani-
 cis extorquerunt, ac ipsos hanc regulam do-
 cuerunt, liberis gentibus liberè ea impe-
 randa. An. d. 1640: seferunt Portugallia,

et dimidia parte Imperij Hispanici seu ab,
straxit, ita ut Hispania Reg, non nisi di,
midia suorum nationum bonorum Imperij
parte obtineat, sed hoc ipso et procedent
anno agitur de Portugalia ^{Bellicana} ~~debellentia~~
sed lenta, et exigua spe, cum regne
Angli, rex Galii tolerare videantur,
ut Hispania recipiat dimidia parte su,
rum imperiorum, quod si auerbat defectio
Americana, pro ut aliqui rumore spar,
gant, protreget Mexicanum se se imperio
Hispanico equise, sed procul dubio
Monarchia Hispanica ad antiquas angustias
redigaret.

CANON V.

Hostes Hispanorum perpetuo sunt Galii,
postquam Ferdinandus Aragonum tot regno,
cum conuentione fundamenta posuerat quinta
monarchia, Galii Hispanos tanquam imperia,
res neglexerant ab eo tempore perpetuis quasi

39

bellis repente Hispanorum potentia fatiga-
rent. quod imprimis factum fuit, cum Carolus
V. Rex Hispanie Imperium quoque Germaniarum
consecutus fuit, hinc aliorum illa bella in-
ter Carolus. V. et Franciscus. inter Philippus
II. et Henricus. II. sed Philippus. II. cum Gal-
liis suis coactibus tam pertinaciter aduersari
videret, non bello, sed factionibus amplissimum
illum regnum statuit opprimere, donec tandem
Henricus. IV. velut nouus aliquis Hercules
capita illius contunderet, ac partim ferro de-
scinderet, partim igne exureret, ita Gallia
reueravit antiquum animus, ac Hispanica
potentia se iterum constanter opposuit, donec
tandem praesente anno inter Hispanos, et Gal-
los post diuturnum .26. annorum bellum pax con-
iugio fuit sancita. Est inter Gallos, et His-
panos contrarietas quodam naturali, ita ut om-
nia habeant contraria, nec minor sit inter

Suas illas nationes durissimas, quod inter aquam
et ignem, ut penitus bello illa Gallorum, et His,
pavorum repugnantia fuerit descripta, ita neq[ue]
poterunt se mouere alterutra ratio, quia statim
altera sit in armis, ac sese confilijs ipsis opponat.

CANON VI

[†] Hispani ut sunt dem: [†] Confilia Hispanorum, et actiones sunt tarda et
lenta, ac bile abundant, hinc omnes ipsorum acti-
ones ac consilia tarditate, et gravitate quanda
representant, ita ut plerumq[ue] optimas reru[m] ge-
rendaru[m] occasiones protermissant, sed nonnun-
quam nimia scrupulositate expediunt, sunt
potiq[ue] Fabij, quod Mariubi, curatores, quod
festinantes; hinc tanta inter ipsos, et Gallos
contrarietas nota, ut Gallos in omnib[us] suis acti-
onib[us] sint precipites, et festinabundi, qui
furore potiq[ue], et impetu, quod consilio et
ratione suas res administrant, quare Gallos,
rum leuitate Hispani sua constantia fran-
gunt, n[on] sicut ac rapida flumina riuib[us] fran-
gunt, quamquam igitur Galli plerumq[ue] superiores

hinc, bello, lenem, consilio, et mora Africa,
 non fructus uitoniarum amittunt, et in tra-
 ctatibus pacis plerumque inferiores deprehendunt.

CANON VIII.

Hispani afferunt Monarchiam quintam,
 causa fuit inuitatus iacob inuentus His-
 pania per Americam detentione, cum per ea
 fortuna certatim amplissima regna, et po-
 tentissimo populo illorum sceptro adijeret,
 hinc, inmergi opibus, et ditionibus suis freti
 ipse alium non Monarchiam conceperunt,
 atque in illo consilio non obvia manifesta spe
 ad nostra usque tempora perseverant. habe-
 bent Germaniam sibi obnoxiam, ob affinitatem
 domus Austriacae, Italia ipsis quoad ma-
 gnam partem fuit addita, sola Gallia, et
 Britannia inmensa potentia se^{ipsum} opponere
 potuerunt, sed Gallicis turbant factionibus
 S. Liga, Angliam sperabant conjugari posse.

Invalida ideo classe. Ho. J. 58. ita Belgos,
quorum tunc exigua adhuc vires, facile sub
eorum potestate conveniunt, sed omnia hoc con-
silia sine effectu caruerunt, ac tantum abess, ut
Hispania monarchia Europa consequatur, ut po-
tius plerique reges ac principes se se quod acer-
vime opposuerunt, profertim ab eo tempore, quo
Cardinalis Richelieu Galicorum potentiam admi-
nistrauit, cuius etiam industria Luitoni de-
ferunt, ita ut nunc Hispania intestinis
et domesticis bello laborans, ac inensis cladibus
fracta exire profertim suum statum tuum possit,
et consilia de monarchia consequenda deponere
re cogatur. Prolepti monarchia consequenda
erat defensio, ac propagatio religionis catholicae,
cuius se protectorem supremum Rex Hispaniae
restituabat, et haereticorum extirpationis, uti
uocant; ad his duobus rationibus Hispani
sua ambitione pacem uoluerunt soliti.

quod

91

quod non studio amplificanda potentia sed
pro defensione Ecclesie Romano Catholicae, ac
ad extinguendas hereses bellum facere gereret:
sed hoc jam frons adeo fuit deprehensa ab
ipso Catholico, ut hodie ea n. nisi cum ludi-
bris usi possit.

CANON VIII.

Eius moneta in Hispania Hispania laborat inopia pecuniae, et homi-
num, quaequid Hispania totum terrarum orbem
auro, et argento Americano implent, ipsa ta-
men adeo est exhausta, ut iuxta alia moneta
quid cupria utatur, ac praesertim Belgae, cum
secundum Hispanum diceret moneta cupria in-
genti numero clam ibata aurum, et Hispani-
cum argentum ad se transcurrere; ita ut Hispania
in infinitas inter opes miserabilis quodammodo sit
inops, nec satuari possit opibus, quas America ad-
vehit, nec minor hominum est indigentia, tam
cum Hispania ingens terrarum spatium ambitu

tas quare tot suo completat, pauci tamen in uola pro
insula in Hispania tanto impio respiratur, sed magna pars
desolata iaceant. inculta, et desolata iacet. causa reperitur
triplex; primis ob colonias, quae in Aethiopia
et India orientali frequenter abduunt. rdo,
ob illa ex ferra bella Italia, et belgia, q
onae robur iuuentutis Hispania exhaere
runt; tertio ob profanatione Iudeorum
et Maurorum, no. Ho. L. 60. ex Hispania pul.
si fuerunt. noui christiani, quibus ex Mauris
abregato Markonete religione Christiana
impleti fuerunt, quorum numerus superauit
duodecim. centena millia, ita ut integra in
Hispania insula desolata iaceant, q olim
fuerunt populosissima; contra haec hominum
inopia tanta excogitata fuisse conflat, sed no
cipum in eo consistit, ut matura coniugia, et
procreatio liberorum multis privilegijs, et
immunitatibus promouerentur. si quis. 18. anno

hoc sepe in Ger-
 mania contingit
 absq[ue] M. exemptie
 a tributis.

upore ducet, liber erat à tributo, si quis
 sex liberos masculos simul viventes prove-
 aret, is nationib[us] adhuc immunitatib[us] fruebat[ur].

CANON. IX.

Hispani ceteris populis sunt exoti, propter
 morem superbum, et tyrannidem, imprimis vero
 inquisitio omnes populos Christianos odit, et
 tenore Hispanorum implevit, neq[ue] alio
 argumento Wilhelmus princeps Austriacus
 cuius incendit Belgarum animos, quam
 quod dicit, ut homines ~~et~~ vivos comburere ab
 religione.

CANON. X.

Philippus. r. contrauersa Galis primo
 de precedentia mouit de precedentia. Reges Galie in
 Gallia et Hispania per omnes Reges Christianos primus obti-
 nere locum, nemo in dubium vocauit,
 usq[ue] ad tempora Philippi. r. Regis Hispania,
 qui Galis lite mouit de preceden-
 tia, nullo alio argumento, nisi quod natione

sua potentia, quod Galorum. Controuersia
ita uenire in tam calamo inter poli-
ticos, uenit etiam inter milites bello fuit
descripta, neq. hactenus finiri potuit, quando
quidam eius potentissimi competitores nulliq.
arbitrio sua causa submittere uolunt.
Itaq. quotiesq. conueniunt Legati Gal-
lorum, et Hispanorum neuter proponitur,
sed uarijs artibus ambigua ita li tra-
ctatur, ut uterq. sua dignitate quasi
integra contineat, nec alter alteri quid
quod de sua prerogatiua concedat.

CANON XI.

Enihs Castellis co: Hispani ex seras nationes castelli in
crea ex seras na: officio continent, praecepta castella regni His-
sione, Hispania panis per Europam sunt .3. Mediolanense Nea,
politana, et Antuerpiense hi tibi uelut fia-
nis coerent exera nationes sibi subiectas, quas
nouit Hispani Imperium a iuris, et actu

coactor tolerare, constituens Hispani per
 17. provincias belgicas in singulis urbibus
 castella condere, ut Belgae quantumvis reluctan-
 tes sub sua ditione continerent, sed hoc con-
 silium adeo fuit infeliciter, ut hoc uno ex pro-
 cipuis motibus, ac tumultibus causis fuerit,
 nec unquam avius exarsit vindicanda li-
 bertatis inveniunt, quod quolibetque castella
 struere conabatur, quemadmodum apparet Ultra-
 iecti, vulgo Bronningan.

Canon XII.

Portus Americae Hauora est locus Ame-
 ricae. Hispani Americae porta Hauora
 velut clave quada, et tibi opunt, et ex te-
 ris nationibus claudunt, est enim eius
 unius potentiae Hispaniae per Americae
 firmamentum. hinc classe Americae im-
 mittunt in Europam, et ex Hispania misse
 recipiunt, quidquid auri, et argenti Ameri-
 ca suppeditat, eadem omne portu Hauora

Jugiter, qui locus tot arvis, et propugnaculis est munitus, ut omnium iudicio inestimabilis ceaseat, quapropter quibusdam classibus armiferis Hispanis insidiantibus, illi Imperatrix Anna Haerona ex cubicis egreditur, certis in alia via divitiarum Americanorum in Hispaniam portari posse, quemadmodum Hollandis. Ad 629. tam feliciter is conatus fuerit, ut eodem clastro Hispaniam ex portu Haerona egredientes cum omnibus thesauris, abique eodem, et sanguine momento oculi interceptis.

CANON. XIII.

Divitiae ex America.

Divitiae Hispaniarum consistunt in America, in America Rex possidet Hispania innumeras, et inexhaustas auri, et argenti venas, quae tanta copia divitiarum suppeditant, ut Hispani profiteantur (nisi bellum belgicum ista opera exhausta fuissent) sese omnes suos domos auro, et argento sese contempere potuisse,

incredibiliq; de mensis quib; ex Hispania
 in America delatis referunt. Fudico ideo
 partim referunt in nova Hispania, sine
 Mexicana, partim in Peruvia, ubi exstat
 non excois totus argento refert; ut et in
 hominu; sufficiens copia reperiri possit, ad opes
 illas ex terra emendas, quasquod nunc paulatim
 illa ubertate exasperare conuulsis uel abortis
 bene notu aliquot montib; fama referat.
 auerit laud min; hunc ex protestantissimis
 quibusdam mercimonijs, q; ex sola America
 in Europa; deferunt; inter quos principem
 laud obtinet uermicul; quidam, ex quo
 perficit; protestantissim; et pretiosissim;
 illi color, qui uocatur Causchelisi. auer;
 dit inensa faciar; copia, cui; tantam
 multitudin; Brasilia profundit, ut sola
 totu; orbem eo condimento implere possit,
 sed hoc infortuniu; auerit Hispani; quod

frequentissimis naufragijs Oceano impleant,
et antequam illarum opes in Hispaniam ferantur,
sint integra sepius claudere ab irato mari,
cum omnibus populis absorbeant, praesertim
in fretis Rosano, quod ab omnibus tem-
pestatibus infestus est: spiritus enim ibi
aliquis ventus, quod vocant Oceanum cuius
santa est violentia, ut integra navigia de-
mergat.

Canon XIV.

Incolo Americae Americi involuntaria Hispanorum ge-
nera, Hispani, Crioli, et Mestizi. His-
pani vocantur illi, qui in ipsa Hispania
nati, ex ea in America quotannis du-
cuntur, hi omnes fere subjugantur, et digni-
tatem occupant, tam in politicis, quam Ec-
clesiasticis rebus, ac reliquos omnes dura
servitute opprimunt, quippe Rex
Hispaniae fiduciam suam in Hispanis ex-

tra Americae natij collocat. Crioli uocan-
 tur, qui ex Hispanis parentibus sibi in ipsa
 America sunt nati, hi quidem numero, et
 multitudine preualent, sed nunquam
 possunt uenire ad aliquam dignitatem nisi,
 uis nonerit, hinc insuperabile aduicium
 inter Hispanos Europaeos, et Hispanos
Americanos, qui Crioli uocantur, adeo quod
 ut Crioli quacumque natione Europaeos ad-
 mitterent, dummodo ab oppressione Hispano-
 rum Europaeorum liberari possent, atque
 hinc prorsus Regi Hispaniae metum
 admittenda America, si aliquando pre-
 ualeant Crioli, ac prorsus sibi regem
 Hispaniae exclusi eligant, quemadmodum
 nunc fama est Mexicos cum Criolorum
 copia defuisse, nec amplius Imperium His-
 panorum Europaeorum agnoscere uelle,
Mestizos uocantur, qui ex Hispanis, ac

Americanis parentibus. mixtum nati sunt,
et hi Messicis similiter adveniunt, et mixti
sunt ex hispanis, et Americanis natura labent.

ANNO. XV.

In militia His: Hispanis milites post victorias simul,
panora et expeditionibus tubant, sunt generosi autem, ita hispani
post proelia, stipendia per expeditiones percipiunt,
nec ulli miles magis post victorias retinendi propriis dominis, quam hispani,
ita quod ut in Belgio superioribus annis horrendos tumultus excitarent, ac
plures domos intulerint Regi Hispaniae, per tumultus quos comandi auferant per
totam viciniam. Tumultuantes erant
aut supremum sibi profectum, quod vocant electum, et sibi adiungit aliquos veluti
officiorum, ac ^{formam} contra Reipub. strictum,
ac generaliter introducunt vobis quicquid nisi.

nus contra iussa militaria committunt,
 sunt, morte inexorabiliter puniuntur,
 prius est ut occupent urbes, ac illas tanquam
 quas propius patrimonium invadunt, donec
 omnia stipendia plenè sint soluta: ex
 exemplis habens in direptione Antuerpiae
 facta Anno 1578. ubi huiusmodi tumultus
 hanc ditissimam totius septentrionalis orbis ur-
 bes mirabiliter diriperunt, incensa, ac
 combusta curia, innum, multis milibus
 occisis, ditissimis mercatoribus spoliatis,
 quemadmodum apud Aradum, et aliorum bellis bel-
 gici scriptores prolixè videre licet.

CANON XVI.

Neapolitanis ad rebellionem sunt provi-
 intra annos. 46. Neapolitanis. 48. in-
 signes rebellionem commiserunt, omnium fa-
 monissima fuit ista, quae accidit Anno 1619.
 cum quidam pifator nomine Thomas

Antuerpia

Regibus tota civitate terribili tempestate,
ac tumultu commovida, ac plus quam 200. mil-
lia civium solo nutu gubernanda, ac pro
arbitrio moderata fuit. Duravit hoc rebellio
10. annis intra quos honores Angely breves
sua Majestate a Sicarijs omnibus finivit,
exstat tota eius rei historia tot mirandis
causis inserta, ut nisi nostris temporibus
vidisset, fabulis annumerari posset. Qua-
re Reges Hispania cum viderent Neapolitanos
nos lingua ferocis aliquos, et affrend equos
lenissimos incursum in furoribus, et cursum
adigi (nam etiam equos pro insignis, et sym-
bolo utebantur) tribus castellis firmissimis
lingua frontis hunc ferocis equos casti-
garent, ac ^{sepe} reges sui pati dicerent, quem
etiam ea de re Troicorum Bovaling pluribus videri
potest.

ABVT. VI.
de
REGNO Gallia.

Caron inus.

Il n'est point François Roy de Gallie fondant Ludouicq. II.
de sa nature, Agimus de hodierno regni statu, cuius
prima fundamenta posuit Ludouicq. II.
circa annu Christi 1460. Ille enim
primus fertur fecisse Reges Gallia ab-
solutos Dnos, qd̄q̄ autē artibz hoc con-
sentus fuerit, prolixè philippus Com-
muneus commemorat. Tribus tamen
quoy fronte infinita Regū Gallia
potestas circumscripta; religione, à qua
Christianissimz Sicily: Jurisdictione sue
authoritate parlamentorum; et politica sue
senectis, et constitutionibz Regni. Sed hoc

omnia n̄ impediunt, quo minus Rex Gallie
pro arbitrio dominet, ad sua voluntatem
supremas leges constituat nulla habitâ ra-
tione parliamentorum, sine contradicant,
consentiant, q̄ libertas profertim nostris sa-
culo enormiter inualuit.

CANON EDVVS.

Fonino à successione regni Gallie ex-
cludunt, vulgo lex salica produnt, per
quâ fonino à regno excludunt, sed eius
legis adeo obscura, et antiqua sunt ves-
tigia, ut ^{et} usq̄ hodie possint de men-
stris; ac profertim auerrime contro-
uersis de huius legis salice existentia
et authoritate exorta fuerunt, post
mortem Philippi pulchri, inter Phi-
lipum Valerium, et Eduardum tertium An-
glie Reges, nam Eduardus 3. natus erat ex
sore Philippi pulchri, atq̄ adeo extincta

linea masculina proxima sanguine ad
 suessione Galie haberi volebat, quod
 posuit se tanquam externo Philippus
 comes Valerius, qui ex linea masculina
 collateralis Galie regis defendebat
 et provocavit ad l. solius, quod sexum
 femininum a suessione virorum excluderet,
 et. hinc inter politicos acerrime de illa
 lege disputatum, cum Angli negarent
 eam extare, Galli autem ad eam provo-
 cabant, tanquam regis sui fundamentum
 tale, sed hoc controversia late fuit de-
 cisa, ac bello. ror. ferme armorum de-
 terminata, suessio, et regnum non fit
 apud Valerium, apud Anglos autem titulus,
 et protentio.

CANON III.
 Lige sancta gravissime turbata

fuit Regni Francie. An. 1560. in
Gallia gravissimi motus exarserunt, ob
religionem, regnum in duas factiones, scilicet
Ecclesiasticas, Papistas, et Reformatos, scilicet
politicos Monarchicos, scilicet Borbonicos, et
Guelfos, seu Lotharingios distractus fuit.
hinc atrocissima bella civilia, quibus inter,
cepit feralis illa. lacerata facta in noctibus
Henrici Regis Navarre, cum Margaretha
sorore Caroli 4. in quibus An. 1572. die 24.
Augusti, quae erat Sana Bartholomaei, omnes
reformati interfectioni fuerunt destinati,
ab eo tempore cepit Liga Constanti, Savoyae,
Saxoniae confederatio Papa Romani, Regis His-
paniae, ac Ducis Guelfi, pro religione papistica
et reformati haereticis extirpandis, atque hic
erat prototypus. omnium autem causa huius
Ligae erat translatio Regni Galliae à Valois
familia, et Borbonis ad Regem Hispaniae, vel

familia^m Lotharingia^m, quae se à Carolo
Magno defendere iustitabat.

CANON IV.

Extincta familia Valena succedere Bor,
Henrici 3. regimen Boni. Vltim^{us} ex familia Valena fuit Hen,
ricus 3. rex Galie, et Polonia Princeps,
et reseratio. toto regno infelicissim^{us}, et qui voluptati-
bus potius fuit, ac otio, alijsq^{ue} ineptijs,
quàm regno conservando induluit. quare
Francisq^{ue} Dux Guisq^{ue} apud nobilitate^m
et plebe gratios^{us} contempta regis conuoc^o
dia ausu fuit coronam appetere, pulso ex
urbe Parisioru^m ipso Henrico, Henric^{us}
su^{us} genu^s de profundo somno excitatus,
de sua coronâ, et vita agi deprehendit, qua
propter uim Leonora pellic^{is} n^{on} sufficiens, uulpi-
nas induit, comitiq^{ue} regni apud Blois
celebrauit, quo etiam Dux Guisq^{ue}
data, et accepta prius sede comparuit, sed

Regi denuerant eandem suadere, idq; per alios
quos ad hoc constitutos fuit peractum, ac ipse
cubiculi regii fores confectus fuit Guisq;
cum id interfecit facies Regi Henrico pede cal-
cauit memorabili diuina uindictae exemplo,
eodem enim modo id Guisq; calcauerat fa-
cies interfecit. A generalis Collegij. Ho: 1572:
altera die frater Guisq;, q; erat Cardina-
lis in suu Regis strangulatus fuit, et cada-
uera horu duoru fratru in minuta
partes difecta, ac flammis abolita fuerunt,
hoc Guisq; eode audita Parisijs, im-
more ditu quantuq; cepit ^{supra} ~~seu~~ legistat
q; palat in templo iurauerunt, se morte Guis-
q; quod auerime uindicturos, rex
Henricus .3. ampliq; pro rege habiturus, q;
etiam post, a quodam seculo monacho Ga-
cobo tenente in castro fuit confectus, fa-
cies loc fuit Ho: 1590: ita Valeria familia

Extinctio familiae
Valeriae.

in hoc Henrico tertio fuit extinta, nam
 cum ab exercitu proclamatus fuit Henricus
 Navarro, et caput familiae Borboniae, sed
 huic, quia religioni reformatae fuit addictus,
 et à papa excommunicatus, sepe quam acerrime
 opposuerunt legibus, quibus tamen furore
 incredibile fortitudine, et fure per inuicem
 neca uictorior ita fugis, ut tota Gallia
 cum urbe Parisiorum reuerteret, sed quia
 sola religio ei obstabat, quo nunc tota ligas
 extingueret, ac conelam Galliam in unum corpus
 coningeret, tandem religionem papisticam
 plebem fuit, ac à papa in gremio, ut uocat
 Eclesia recepta familiae Borboniae ita
 stabilivit, ut hodie florentissimum eandem Regem
 aut ipsius regis Ludouici XIV: aliam Aug:
 uesty, item theodoty obtineat.

CANON. V.

Potentia regni Galliae in multitudine
 hominum, ac diuitiarum consistit, ac sub regno
 in toto terrarum orbe maiori hominum mul,

titudine abundat, quod Gallia, ita ut superioris
seculo sub Carolo 2. viginti, et amplius millibus
censu habito recto fuerint, profertim copiosis,
una est nobilitas, quae suo Regi suis sumptibus
semper ad quaecumque expeditiones prompta aderat,
reliquum vulgum tributis, ac oneribus facendis de-
stinatis, nulla enim onera tam gravia imponi
possunt, quae in se se suscipiant, atque hinc
invenisse illos opes, quibus Rex Galliae curatos
sunt alios, quaequod omnia iterum arant
luxu Superbis, et in necessariis expensis ita
acciderant, ut Regis Patrum semper usum, et
infinitis debitis sit oneratum; inepa con-
jicitur in infinitum memorem quosdam, qui
et Reges, et populum exigunt, utrum haud raro
sanguis plene hauritur iterum experimentum,
et quo inique averagunt, usque ^{egurgita} ~~iniquitate~~
re cogunt;

CANON VI.

Omnia officia apud Gallos sunt venalia, idque
inter turpissima vitia Galliae politiae numerant, unde
Thiery. l. 1. c. 25.

Canon VII.

Cultus bellic: ubi ait.
 Et in Italia antiquitatu
 monumenta, in Gallia
 milites in Hispania Gallici
 profetas, in Anglia
 agricolas. In Polonia
 nobiles. In Germania
 principes, omni laude
 et administratione
 dignos invenisse.

CARON VIII.

duellis se domi occidunt, ob causas
 nobilissime familie duellis se
 hinc tantu' artis gladii,
 quod n' alio fine addiscunt,
 nisi ut se vel defensionem, vel offensivam
 tuo conficiant, nec ulla mors videtur generi
 rosior, quod quae tali congressu ierunt subit.
 credibile est natus genus venientia sacrifici
 cia, q' gentiles sui dijs offerbant, exorta
 luce Christiana fides transformasse in de
 ella, hoc ubi se mutuo involunt, ac corpus
 suu' vita? animas aeterna salute privant.
 audent crimine longe atrocior, quod n' modo
 ripiam participes, et auctores sese mutuo ad
 jugum mortale' prouocant, uerum et inty
 nos suos amicos extra omne controversia
 profitos eodem scelere titulo secundum in
 uolunt. Honoris proceptu incredibile,
 quod ubi pretiosissim' sanguinis quotannis
 ex launiat, hoc feraci certamine, neq' ira,

rec neder Muminis, vel atrocissima magis,
fratuum pona, et infamia post mortem du-
ratura Gallos ab hac infamia auerere po-
tuit. Quod n. Reges Henricus. 4. Ludovicus
XIII, et XIV. contra hanc gentis suae infamiam
expugnant, nulli flagitio vel atrocitate edita
fuerunt opposita, et ad tenorem edicti Fluffri-
sini capite plebunt, quibus Regionibus edito-
rum contempta Magestas priuato iniuria,
vix casta nunc digna, protenta Magistratum
authoritate ipso fero inter se transfingunt.
est enim reuera crimen lese Magestatis,
duello a bigi uasferre sumi Principis sciantare,
quia duellum est ipsa species belli, quippe cuius
eventus consistit in uictoria, vel morte, vel
captiuitate, vel exarmatione uicti. Hoc
duellum licentia à Galis ad externos Gallos
frequentante, fuit propagata, ita qd, ut intra
30. annos, et amplius etiam Germania hoc con-
tagio fuerit corrupta, ut vix seueritate legum

de Hispania
regi dicitur
20. fuit
regi Gallicis
dicitur qd
habuit
reuerentia
Magistratum
legum
20. fuit

coereri possit ea sacrificia honora, quae
 re quibus Gallia frequentant, imprimis
 sibi ab hoc infanti vitio coeant, necesse
 est, neq[ue] ex qua aliqua iniuria, aut lesio hono-
 ris titularis tanta ee debet apud generosum
 patrem, ut propterea et vitam suam, ac spem
 parentum, et patrie salutem animo in anceps
 periculum conjicere velit; armis nulli, q[ui]
 alicui magistratus est subiectus uti licet,
 nisi iussa, et auctoritate magistratus contra
 hostes publicos, et in casu extremo necessitatis,
 pro sua vita inevitabili offensione contra
 latrones, et teneros aggressores

In Hispania ad legitima
 regis etate requiruntur
 20: anni. ex consuetudine
 regni Gallia regis summi
 etatis. 14. anni
 habenas capessit et
 pro maiore test. Carol.
 Molines ad consuet.
 Parisiens: lib. j. §. 29.
 n. 4.

Canon VIII.

Galli sunt fortissimi, et bellorum avidi.
 Antiqua hoc fuit Galorum natura, quod nun-
 quam quiescere possint, sed vel externis bellis,
 vel civilibus, vel factionibus famulandi, ac
 duellis inter se exerceri cupiant, similes
 sunt et stipulis, q[ui] leuissimo contactu flant

gravi, sed eadem facilitate, qua ignis conerit,
punit, iterum extinguunt, hinc Gallorum crebra,
sed brevia sunt duella, paucis annis et pax
et bellus, transactiones, et raptiones, sed hoc
omnia percipiunt claris ex historia unius
seculi ab anno 560. ad hunc annum
663. quam prolixiori narratione exponi possunt.

CAPITULUM IX.

Facilius aliena acquirunt, quam retinent, hoc ex
eodem fundamento, ut antea edens profuit, quia
enim natura Gallorum est mercenalis, hinc
non die in uno loco consistere possunt, sed ubi
inter omnia loca inuadunt, atque occupant.
huc spectant illarum expeditiones in Lombardiam
Auatibus mediolanensibus, Neapolim, Sicilia,
Catalonia, quae omnes regiones brevi tempore
re occupauerunt, sed eadem facilitate iterum amis-
serunt, imprimis memorabile sunt expedi-
ones in Italiam, quae copiose de finibus phi-

Lippus Conirog, et Quindardus, memora-
 biles sunt veteres, Sicilia persequata. l. 282. ubi uix hora conspiratione simul,
 cum omnes Galli per totas Cæliæ fuerunt
 obtinuerunt, tanto furore, et odio animi
 Gallis, ut progentibus ex Galli formidant
 utero partem exciderint, ut si ex inuita et
 odiosa sibi natione nulli superesset. Ita,
 Sery et natura Gallorum mobilis natura
 sui limitibus includere uoluit, nec egressi
 montes Pyrenæos, uel Alpes, uel flumines
 Rhenum; Rhenus enim fuit antiquus ter-
 minus inter Gallias, et Germanias, quare
 etiam Galli in nupera pace Monasterium,
 Brisacum, Philipsburgum, Chornillam
siue Sibandorum, et alia ad Rhenum lo-
 ca sibi pacti fuerunt, et nunc in contra-
 uersia cum duce Lotharingia tres sibi
ad huc aditus, siue uias in Germaniam
 usque ad Rhenum seposuerunt.

Max, Phil, Suid
 et Sibandum

Canon X.

Militia Gallia consistit in robore equestri
nulli equitatus profertur Gallico, quia res
ae constant et nobilitate, quare Galli omnes
suae victoriae imputant suo equitatus:
peditatus haud parva virtus gallicorum
respondet; quia nemo nobilis pedes, nulli
militare sed tantum plebei, qui dura ser-
vitate praesi exigua armorum notitia
habent, nec Reges magnopere desiderant
populum in armis exercere, ne sua multi-
tudine confisi tumultu excitent, quare
Rex Galliae robur peditatus sui, imprimis
ex Helvetia petit, Helveti enim proci,
quod auctoritate obtinent in pedestri
exercitu Gallico, inmensi privilegii, ac
stipendio conducti, ita quidem, ut iuventus
helvetia in Gallias militatur abeat,
n' seruis, ac olim proci in Asia ad reges perferantur.

CANON XI.

Sed est Regno Gallia sufficienti navali
potentia, quoniam Gallia sita lateribus
 partim mari mediterraneo, partim Oceano
 alicui, et spatio terrarum multitudinis,
 fluviorum comoditate portuum quarumvis
 Regionis, vel oriet, vel super, nunquam tam
 non Galli mori, et magnas egere. immo
 ob defectum navium bellicarum. ita ob ignorantiam
rerum navaliu, hinc Anglis manibus bello super
 succumbent. hinc defectum Regni Gallia con-
 rigere voluit Cardinalis Richelieu, utempti
 in Hollandia, et magno sumptu extructis navibus
 bellicis, sed nihil adhuc tanto apparatu
 dignum effecerunt, nisi quod mare, et Oceanus
 per piraticas classes perturbata. Ita deus
 finiti senectute potentia voluit esse per Gallor,
 ita maritima subit alijs populis, imprimis

Anglis, et Hollandis, ne ammirum usq[ue] omnia
sola possent, sed ut se mutuo auxiliis, et fo-
dere opus habere cognoscerent.

(Canon XII).

Antipathia inter
Anglos et Gallos. Inter Anglos, Burgundi,
Hispani. Inter Anglos, et Gallos est natu-
ralis quoddam irreconciliabilis antipathia, ita
quod ut Angli à pueritia inbuti fuerint
odio Galorum, cum erim Angli sagittandi
arte imprimis excelleret, pro scopo in quem
sagittas intenderent, designarent homines ha-
bitu Gallico, ac filios suos arte sagittandi
domare, hoc compellatione discere facere Francos.
Hoc odium inter Francos, et Anglos perpetuis
bellis fuit propagatum, ac à parentibus ad
filios velut hereditas quodam transmissa,
propterea ab Anno 1325. cum Edwardus
3. Rex Anglie titulos, et iura regnum
Gallicum sibi armis vindicaret, hinc abrogat.

55

illo bellorum clades ab Anglis auxilio,
Cestriam in Picardia apud jithone, et
Denig apud Fincurtu, quibus prolixis tota
Gallorum potentia ab Anglis fuit confracta
ita quod, ut Henricus V. Rex Anglie de-
claratus fuerit, heres, et successor Regni
Francie, excluso Carolo Belphino legitimo
herede, ac eius filius Henricus VI. Parisi-
ensis coronatus fuerit Rex Francie.
Tunc odia, et bella inter Anglos duraverunt
usque ad annum 1554. quo anno ab Angli-
remperebant Galli urbem Calcedoniam, ac ita
finem imposuerunt omnibus istis bellis, quae
per 200. annos continuata fuerunt; nec
ab eo tempore quaquam perpetuo repetent
Calcedoniam Angli, et interdum quovis arma
inferent Gallis, nihil tamen amplius
ab illis potuit confici. sed fortuna ea,
quae Francie favere, quin aliquoties in

genti strage, profertim naris à Gallis fu-
erunt profligati, maxime Anno 467. et
28. proximi post Anglos Gallorum hostes
fuerunt Burgundi, et illi potius domestici,
quàm externi, quippe Dux Burgundie ab ipso
Regis Gallie familia origine ducunt, sed
non atrocissima factiones inter domum
Burgundiam, et Aurelianensem fuerunt ex-
orto, quàm nisi sanguine, et morte utique
componi poterant; quippe inter eos sup
Burgundiam Ludovicum Aurelianensem pariter
in medio civitatis insidit obtinuerunt, et factum
veluti legitimum defendere: Aurelianensem
non ante acquieverunt, quàm focum in
trepidum contra datam fidem obdumasset
sed uisitata utriusque sanguinis in hunc
usque diem inter Burgundos, et Gallos armis
durat, longe sunt huius discordie ambages,
ideoque potius disceptationis, quàm calamo relinquenda.

potentia
iudicia
incho
Hugoniam

In odia Burgundorum succedunt Hispani
 quippe Ludovicus XI. Rex Gallie n̄ ante quic-
 evit. quā familia Burgundia nomine Gal-
 lio adeo infensa, ac formidabile peritū dele-
 visset, factū hoc videbat 1477.
 cum Carolus Audax Rex Burgundia apud
 Namur in Lotharingia ab Helvetijs
 fuit occisus, nulla relicta prole mascula.

NB:

Sed unica tamen filia Maria. sed in
 hoc casu Ludovicus XI. omni sapientia
 humera sefellit; suus prolixus apud
 Comitum videt, quippe Maria nupsit
 Maximiliano Archiduce Austriae, atq̄

potentia Burgundica quomodo
 iuncta domini Austriae.

ita omnes potentias Burgundias coniungit
 cum domo Austriae. hoc à coniugio
 Philippi. Hispaniarum Regis fuit in-
 nepa, ita q̄m ut hodie tot Rex Hispania
 quam Rex Burgundia, et Princeps Belgij
 gerunt antiqua ita odia Burgundica con-

tra Gallos nationibus longe uiribus con-
tinuet, quod licet interdum breui pace
componatur, uix tamen diuturna illa per-
epte solet.

CANON XIII.

Gallorum fœdus
cū Turis: quibus
rationibus purgetur.

Galli fœdus cum Turis inueniunt sub
Francisco primo. inde auerrimis bellis dis-
putatum est, an licet Christianis cum Turis
fœdus inire, Hispani pertinaciter nega-
bant ac multis congestis in Gallis op-
probrijs factis exasperauerunt. Galli
Dupliis respondebat. primo per simplicem ne-
gationem, quippe Francisco primo constan-
ter negauit, nullum sese aliud fœdus cum
Turis pepigisse, nisi comerciorum, et publico
